



Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,
Unà cum Casibus frequentiùs circa idem Officium
occurrere solitis, & ex communiote ...**

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

§. II. Cognitionis legalis effectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

208. *De gradibus Cognitionum dignoscendis.*

Dividitur in perfectam & imperfectam. Perfecta est cognatio, quā transit adoptatus in potestatem adoptantis, id est solā auctoritate Principis. Imperfcta dicitur, quā non transit in potestatem adoptantis.

Dividitur cognatio hæc in Paternitatem, Fraternitatem & Affinitatem. Paternitas reperitur inter adoptantem & adoptatum, ejusque descendentes ex altera parte. Et hæc cognatio est perpetua. Fraternitas reperitur inter libelegitimos adoptantis & adoptatum, duratque tamdiu dominatur, quamdiu adoptatio durat. Unde non contrahitur fraternitas inter adoptatum & illegitimos, quia non censetur esse in potestate sui Patris *juxta §. ultimum*. Institutio de Nuptiis, nec contrahitur inter liberos adoptivi & adoptantes, ut Sanchez lib. 7. d. 63. n. 30. & alii communiter docent. Affinitas legalis contrahitur inter adoptantem & Uxorem adoptati, itēque inter Uxorem adoptantis & adoptatum, duratque etiam perpetuò.

§. II.

Cognitionis legalis effectus.

Primò dirimit matrimonium usque ad quartum gradum *juxta communem sententiam*; sed Diana ex Henrique & Lessio p. 9. tr. 6. ref. 54. notat, probabile esse, quod post Tridentinum tantum usque ad secundum gradum inclusivè dirimat, sicut spiritualis cognatio.

Secundò, Titius adoptivus Patri ab intestato succedit in Filiis naturalibus legitimis.

Tertiò, dignitas senatoria adoptantis transit ad Filium adoptatum.

Quartò, Pater adoptivus habet jus corrigendi & condandi Filium adoptivum.

Quintò, Filius adoptivus non potest Patrem adoptum in jus vocare.

Sextò, si Titius est adoptatus ab aliqua Persona exalcentibus in linea ascendentे, tunc desinit esse in potestate Patri naturalis, & transit in potestatem adoptantis, ita ut quidquid acquirit, huic acquirat, idēque huic etiam filius non autē Patri naturali ab intestato succedat; ita Schneider. I. 1. tit. 11. ex communi Auctorum & variis legibus. Amo-

gationis

gationis effectus sunt. Primo, ut arrogatus cum omnibus suis Liberis & Nepotibus in potestatem arrogantis usq; adeo transeat, ut ab hoc etiam alteri in adoptionem dari possit. Secundo, ut arrogator succedat Filio arrogato ab intestato. Tertio, ut è contrario etiam arrogatus succedat arrogatori. Quartò, ut arrogator non possit sine causa Filium arrogatum invitum emancipare, ut idem Auctor docet.

§. III.

Linea legalis Paternitatis.

Titius ado- ptans.	&	Adoptatus 1 Liberi 2 Nepotes 3 Pronepotes 4
--------------------------	---	--

§. IV.

Linea legalis Fraternitatis.

Titius adop- tans	Liberi 1 Nepotes 2 Pronepotes 3 Abnepotes 4	adoptan- tis.
-------------------------	--	------------------

§. V.

Linea legalis Affinitatis.

Titius Adoptans	&	Uxor Caij Adoptati
Cajus ado- ptatus	&	Uxor Titij adoptantis.

CAPUT V.

DE COMPUTATIONE CIVILI GRADUUM.

O 3

§. I.